

Qui manducat carnem meam. & bibit
 sanguinem meum. in me manet. & ego
 in eo. Signū quia manducauit & bibit
 hoc est. si manet & manet. si habitat.
 & habitabit. si heret. ut non deserat.
 Hoc igitur nos docuit. ut simus in eius corpo
 re. sub ipso capite in membris eius eden
 tes carnem eius. non relinquentes eius uni
 tatem. Hoc igitur totum nobis ualeat. ad
 hoc ut ~~totam~~ nobis carnem christi. &
 sanguinem christi non edamus tantum in sac
 ramento. quod & multi mali. sed usque ad
 participationem spiritus manducemus & bi
 bamus. ut in domini corpore. tamquam mem
 bra maneamus. ut in eius spiritu uegetemur.

Quia corpus assumptum
 ablatum erat ex oculis